Omnipotens et Misericors deus qui me plas-
nõ masti cum essem Et de casu primorum parentum per
mortem tuam innocentem reformasti Cum me
peccatorem ad tante dignitatis officium elegisti
Quid tibi respondebo si tu tanta repete-
re a me vis atrocitate misterium in commissum
de tua benignissima largitate. Verum est
et ipse confiteor quoniam in vanitate positus sum
Sepe legem ~~tuam~~ et mandata tua dereliqui
Propter quod non sum dignus tractare sacratissimum
corpus et sanguinem tuum Et quis audet te attin-
gere nisi mors tua sanctissima et innocentia tua
purissima satisfaciet pro peccatis meis et vnitum tuum
preciosissimum staret pro delictis meis Ego vtique
peccator tu innocens Ego negligens tu complens
Ego fragilis tu summa fortitudo Ego deformitas
tu inestimabilis pulchritudo Ego morti propinquus
tu vero solus es eternus In me est innumerabilis ma-
cula in te puritas inpermixta Domine gloriose cu-
rasti hec que in te inveniuntur medicine Aliquid
angelus valetudo opus est medicis Non vtique sed
male habenti peccatori Sana ergo me medicorum
optime in omnibus sensibus meis vt tuis subsidiis
fulciantur semper ad gloriam tue laudis